



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Fasti Mariani

**Brunner, Andreas
Pfeffer, Wilhelm**

Antverpiæ, 1663

S. Dorothea V. M. 6. Februarij.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41940

Pari passu cum OPILIO GELASIO incessit, in omnibus fratri cedens præterquam virtutis palæstrâ, nihil invidiam vitam sanctimoniam. Sed juvenis nosse, quibus artibus invidiam hanc in oculis GELASII calum accenderit. OPILIUM solum inter præces agere putabat: sed cubiculum ingressus socios illi assistere innumeros Angelos vidit, mox Christi vocem illam audivit: *Sinite parvulos venire ad me, talium est regnum celorum.* Hoc inquam spectaculum, hæc verba animum sauciarunt, hæc alas addiderunt GELASIO parvulo, ut ad Christum curreret. Non iam nescius in sinum parentis se currere. Nunc cur aliò festinare cernimus pueritiam? Au fortè Christus non clamat? ah! ecce hodie iterum clamat. Sed non audit pueritia. Aures Ulysses mundus obturavit. *Ex Ferrar.*

Intellige esse tibi genus è celo cuius pater habetur in celo; Age ut sanctè vivendo sancto respondeas patri Dei Filium ille se probat, qui vitiis non obscuratur humanis, qui divinis virtutibus elucescit.
S. P. Chrys. f. 68.

S. DOROTHEA V. M. 6. Februarij.

DOROTHEA Casarea pro Christo paptiva captivos in triumphum Cupidinem & Tyrannum duxit. Ex-pugnan-

6. Feb. VITÆ SANCTORUM. 93

pugnanda enim binis sororibus tradita, quæ datam Deo fidem prodiderant, tam fortiter decertavit, ut ambas ab impiis castris ad antiquam fidei stationem redire compulerit: atque hæ quidem proditoris crimen sanguine eluerunt; ipsa vero victorias victoriis perrexit nectere, cruentas illas quidem, sed gloriæ plenas, ut quæ sciret nullam tam sponso Christo placere virginem, quàm quæ suâ, non alienâ ruberet purpurâ. Itaque cum faces lateri admoverentur, has illa nuptiales tædas credere; cum ad gladium citaretur, velut ad thalamum properare; inter lictores quasi paranympchos obambulare; ad supplicii denique locum, ut ad melioris cæli hortos ridere. Irrisit tam innocentem risum Theophilus quispiam, & è sponsi viridariis aut rosam sibi vernam, aut autumnii munus pomum virginem poposcit. Promisit utrumque DOROTHEA, fidemque vix impressâ Elysios campos exemplo liberando. Adest lætissimus cælo Ephæsius & promissim. Theophilo eodem in calatho ver & autumnum offert. Miratur ille in hyeme rosas non flaccidas, miratur poma non marcida, miratur certantem cum munere suo muneris bajulum, & jam non contentus vidisse horti munera, ad ipsos hortos Christianus per omnia tormenta penetrare contendit, quæ quidem ille,

ille, ut spinas generosè calcavit, dum
nimo volverit, quales rosas quarere

Ex Suvio.

*Quid istud negligentia, quid pigritia
imò quid recordia est, ut non crebris
piriis & ferventissimâ affectione abruerit
perehinc, & in illa tam felicia agmina
jaculari animos studeamus? S. Bern.
serm. 5. de om. SS.*

S. AMANDUS EPISC. 6. Februarij.

Quid juvenus, quid ætas virilis facis
Mundum & cum mundo patrem
A M A N D U S puer vicit, & cum Reli-
gioso negaturum se ille hæreditatem mi-
naretur, amplam sibi hæreditatem sup-
petere in cælo respondit; caveret ipse
parens, ne hæc excideret. Romam
deinde ad D. Petri supplex ivit. Hunc
ibi in somnis vidit, & auctorem habuit
Galliæ repetendæ. Sed & in puppi eun-
dem tempestate jactatus patronum con-
spexit. Jam Trajectensi infulâ condeco-
ratus cum reo, cui laqueo gula frangeri-
da erat, servare precando apud immi-
tem judicem non posset, vitam ablatam
certè precando apud Deum restituere
potuit. Regis Dagoberti filium (Sige-
bertus fuit) cum fonti lustrico admo-
veret, precibusque Divi nempe verbum
solemne *Amen* subjiceret, id ipse in-
fans XL. tunc dies natus subjecit, unico
verbo,